



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De conclusione Lateranens. concilij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

a §. *Et cum omnium.*) Not. non valere consuetudines seu ordinationes, vel statuta libertati ecclesiasticae & auctoritati sedis Apostolicae quomodolibet praedictantia. *auth. cassa. C. de sacros. eccl. & infra dicam,* nec Papa intendit illa approbare expressè, nec tacite, licet quandoque patientia habeat vim approbationis. *c. lueras. de suppl. neg. praela.* Tamen ad tollendum istud dubium, Papa hic protestatur, quod non intendit approbare: imò etiam si hoc non protestaretur Papa, tamen adhuc confirmando omnia statuta, non videtur confirmare, ea quae sunt contra libertatem ecclesiasticam. *Bal. & las. in l. omnes. col. 8. n. 30. ff. de iust. & iur. poss. et tamen si vellet ea confirmare. secundum las. ibi, alleg. Innoc. in c. 1. de transa. Bal. in l. ius civile. in ff. de iust. & iur. Alex. in d. conf. 209. statutis. col. 2. vol. 2. quod non firmo per multa quae alibi scripti.*

Quae sunt statuta praedictantia libertati ecclesiasticae. Quero quae sint statuta praedictantia libertati ecclesiasticae, seu consuetudines, vel usus? Resp. illa quae sunt contra privilegia concessa ecclesiis, vel ecclesiasticis personis, à quocunque fuerint concessa, siue tollant ea, siue diminuunt, siue timidiore clericos reddant. *not. in cap. ecclesia. de const. au. b. cassa. & ibi doct. C. de sacros. eccl. Inn. & alii in c. nouerint. & c. grauem. de sent. exco. Bart. in l. cum dōs. col. 8. & seq. C. de sum. Trinit. plenè Barb. in repet. rub. de reb. eccl. non alien. col. 30. ver. 3. h. e. suano. nu. 167. cum seq. plenè profertur Roch. Cur. in rep. c. fi. col. 74. cum seq. ver. 5. sic conclusio. de consuetud. Et qui Romanae Ecclesiae privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in haeresim labitur. *tex. in cap. omnes. 22. distin. multa tradit Io. Luppis in tract. de libertate ecclesiastica in 2. parte. q. 10. Ego ipse addidi plura ad auth. cassa. & alibi plena manu scripti, quae referuo alio, & tempore & loco euulganda.**

Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, suspensionis, astrictionis, declarationis,

praedicti, iniunctionis, monitionis, innouationis, consensus, decreti, voluntatis, permissionis, & mandati infringere, vel ei aulū temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis Domini 1516. 15. Calend. Septembris, pontif. nostri anno quarto.

a Nulli.) De materia huius §. dicitur infra de protectione concordatorum.

De conclusione Lateran. concilii.

Concordata edita fuerunt, ut in sancta ecclesia perpetua charitas, & pax inuoluta perdurent, & si qua membra dissentiant, reunantur corpori, ob id illa Papa cum matris concilio Lateranensi de liberatione approbat, ea tamen lege, ut intra sex menses apprehentur à prelati regni, in eorum publico cur, legantur, acceptentur, & obseruentur, alias irrita decernit.

Nosigitur a ut literae ipsae, quae ob id praecipue editae fuerunt, ut in corpore mystico, sancta videlicet Ecclesia, perpetua charitas & pax inuoluta perdurent, & si qua membra dissentiant, ea commode reuniantur corpori, eo magis obseruentur quo elarius consiterit ipsas literas, ca matuta & salubri deliberatione, à nobis (dicto sacro Lateranensi approbante concilio) approbatas, & innouatas, qua statuta & ordinata fuerunt, licet ad eandem literarum substantiam

sistentiam & validitatem, alia approbatione non indigerent. Ad abundantio-rem tamen cautelam, ut eotenus obseruentur, & difficilius tollantur, quo tantorum Patrum fuerint maiore approbatione munita, literas predictas, cum omnibus & singulis statutis, ordinationibus, decretis *b*, definitionibus, pactis, conuentionibus, promissione, voluntate ac poenis, inhibitione, aliisque omnibus, & singulis clausulis in eo contentis, illa praesertim qua volumus quod si

Notandum est quod si-
cut in corpore physico vnum corpus habet plura membra, sic & in corpore mystico. *l. rerum mystica. ff. de v. sac. cap.* Et bonum est argumentum de hoc corpore ad physicum. *cap. quoniam. de offic. ordin.* Nam hoc imitatur, physicum *l. ad optio.* quae membra capiti subsunt tanquam nobiliori. *l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. fun.* & non licet membris a capite discedere, *cap. cum non liceat. de praescrip.* quod fabulose loquens ostendit Lilius de Pontif. Rom. cui Agrippa proposuit fabulam de membris a capite discendentibus, *ut videre licet. lib. 2. ab urbe condit.* Ita in corpore mystico vnum est corpus, cuius caput est Christus, & Christi vicarius Petrus, Petrique successores. *extrauag. vnam sanctam. de maior. & obed. in communibus.* quicumque ergo non subest Rom. pontifici, non est de isto corpore mystico, nec de omnibus Christi, dicente eo vnum esse ouile, & vnum pastorem. & alibi dicit idem Christus, non potest palmas facere fructum, nisi manserit in vite. Qui in me manet, multum fructum affert: & si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmas: & arefcet, & colligent eum, & mittent in ignem. *c. si Petrus. 24. q. 1. multa*

hic possem addere, quae licet videre in *extrauag. vnam sanctam.* & per theologos, ac per *Io. de terra rubea in tracta. contra rebelles regum. v. 3. tracta. tertii.* [Colligere tamen ex hoc rex. possumus, quare edita sint concordata, & responderet text. ut in sancta Ecclesia perpetua charitas, & pax inuolata perdurent, & si qua membra dissentiant reuniantur corpori. & ideo haec dicit, quia regnicolae seruabant ea, quae erant statuta in concil. Basil. & conscripta in pragim. quod valde pontificibus sumis displicebat, *ut scripsi supra in praes. ad rub. de colla. ob id ut reunirentur & pax duraret, ista conuenta facta sunt, & Gallis hominibus tradita.]*

b *Decretis.* Quae quot modis accipiat. Secundo, in quibus casibus interponatur. Tertio, quomodo annullatur.

praefatus Franciscus Rex, supra dictas literas, ac omnia & singula in eis contenta, intra sex menses a data praesentium computandos non approbaret, & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in regno suo, & aliis locis & dominiis dicti regni, per omnes praelatos, & alias ecclesiasticas personas, ac curias parlamentorum acceptari, legi, publicari, iurari & registrari, ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptance, lectione, publicatione, iuramento, & registratione, praedictis intra praedictum tempus per omnium & singulorum supra dictorum patentes literas, aut authenticas scripturas, nobis non transmitteret: aut nuncio nostro apud ipsum regem existenti, per eum ad nos destinandas non consignaret, & deinde singulis annis

etiam legi (prout alia ipsius Francisci Regis constitutiones & ordinationes, quæ in viridi sunt obseruantia, obseruari debent) in uiolabiliter obseruari cum effectu non fecerit, litera ipsa, & inde secuta quæcunque essent, casta & nulla, nulliusque roboris vel momenti (sacro Lateranensi concilio approbante) & potestatis plenitudine approbamus, & inuouamus: eaque inuolabiliter & irrefragabiliter obseruari & custodiri mandamus: roburque perpetuæ firmitatis in euentum dictarum approbationis, & ratificationis, & non aliter nec alio modo obtinere, omnesque in dictis literis comprehensos ad ipsarum literarum, ac omnium & singulorum in eis expressorum obseruationem, sub censuris & pœnis ac aliis in eis contentis, iuxta earundem literarum tenorem & formam teneri, & obligatos esse decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis literis uolumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque.

*Decretum
quomodo
accipi-
atur.*

Primo, quædam sunt Dei decreta, quæ si non custodiantur, fames, siccitates, & alia mala nos circumueniunt. 3. Reg. ca. 18. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius. Item decreta Patrum. c. quanto. de transla. epis. Alia legatorum. c. present. de off. leg. lib. 6. ca. 1. de loca. Quædam sunt sedis Apostolicæ decreta. cap. nulli. & cap. omnia 25. q. 1. Decreta sunt episcoporum. cap. si

quis. de maior. & obedien. Suntque decreta Cæsarum. cap. 17. a. flor. Apostol. ibi. omnes contra decreta Cæsarum faciunt. Alia sunt regum. Daniel. 3. cap. post princip. Tu Rex posuisti decretum. &c. & 1. Esdræ. cap. 6. A me ergo positum est decretum. & paulo post, Ego Darius statui decretum. Alia decreta decurionum. ff. de decret. ab ordine. faciend. Item sunt decreta iudicum. 1. Reg. 17. ca. Qui autem superbiebit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. c. ab sit. u. quaest. 3. alia sunt decreta prætorum. l. si prætor. in princ. ff. de iudi. Aliquando accipitur generaliter pro quacunque ordinatione, seu statuto superioris. l. uem eorum. §. sed si ita. ff. quod cariusque uni. nomi. Quandoque pro sententia seu autoritate, qua iudex contractum iustum fore decernit, autoritatem suam interponendo, ut in rubr. ff. de reb. eorum. & de præb. minor. sine decreto non alien. & pro decreto iudicis aduersus contumaces, ut quando interponit autoritatem mittendo aliquem in possessionem ex primo, vel ex secundo decreto. l. si finita. §. si plures. & ibi gloss. & §. Iulianus. & §. si forte. ff. de damn. infect. gloss. in cap. 1. de reb. ecclæs. non alien. lib. 6. Et est proprie institutum Papæ, à decernendo, animi interiora dictum. Preceptum uero regnum à præcipiendo, teste Luc. de Penna in rubr. Cod. de præd. curial. sine decret. non alienand. lib. 10. Vel strictè capiendo, est deliberata iudicis commissio, ab eo facta cum causæ cognitione citra condemnationem vel absolutionem. Aliisque multis modis sumitur, ut per Specul. in tit. de primo & secundo decreto. Et Rebuff. in rub. Cod. de decret. decur. lib. 10. & Guido Papa in suastrat. de primo & secundo decreto, in princ. Bald. & las. & alios in dict. leg. ne quicquam. §. ubi decretum. Vide differentias inter decretum & sententiam per Alex. in l. iusta. colu. 3. & seq. ff. de acq. poss.

Verum enim uero quia hæc materia decreti est tam frequens, ut quælibet alia totius iuris, ideo hic paucissima uerba in-
star imperatoris, in Lantiquitas. Cod. de usufruct. putauit inferenda, uidelicet in quibus

bus casibus interponatur decretum, item quomodo annulletur.

In quibus casibus decretum interponatur.
 Primò, interponitur secundum quosdam decretum in alienatione rerum ecclesie. *auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl.* Tamen communis opinio flectit alio auctoritas episcopi, siue consensus requiratur loco illius decreti. *c. 1. de reb. eccl. non alien.* Ad euitandas opiniones solent notarij in instrumentis alienationum rerum ecclesie apponere hæc verba, talis episcopus dedit licentiam, auctoritatem, consensum ac decretum suum interposuit super alienatione talis rei. *Specu. in tit. de emptio. §. nunc dicendum vers. ceterum. dixi in compendio alienationum bonorum ecclesie, in verbo, ne quis episcopus. pag. 25.*

Secundò, in venditione rerum ciuitatis decretum interponi solet. *l. si. C. de venditio. rerum ciuita. lib. 11. vbi Rebuff.*

Tertiò, in venditione prædiorum decurionum, & curialium. *l. 1. & per totum C. de præd. curial. sine decro non alienan. lib. 10.*

Quartò, in alienatione bonorum immobilium minoris. *l. lex que tutores. C. de adni. stratio. tut. l. 1. & per totum. de præd. minor. sine decro. non alie.*

Quintò, decernuntur pupillo alimenta pro modo facultatum. *l. 1. 2. & 3. §. ff. vbi pupillus educari debeat.*

Sexto, vel in tutore curatore dando pupillis illustrium personarum. *l. vna vers. §. si ibi per prævorem interponatur decretum. C. de tutor. & cura. illustrium persona.* Idem in aliis personis tenet Bart. in *l. legitimus. ff. de legiti. tutor.* idem in actore dando tutoribus impeditis. *§. si. in iustit. de curat.*

Septimo, in reuocando tutore vel curatore, quia ea dem solennitas requiritur in dissoluendo, sicut in faciendo. *auth. e contra. C. de repud. l. si. vi. proponis. in 2. de nupt. nihil non naturale. ff. de reg. iur. ideo vbi in contractu requiritur decretum, & in distractu, & sic in transactione. Bal. in l. præses. q. 1. C. de transact.*

Octauo, in manumissione seruorum per minores ex causa facienda. *l. etiam ff. de manu. vindict. §. eadem. & seq. quibus ex causis. ma. licet. in iustit.*

Nono, in diuisione bonorum minoris. *gloss. & ibi Bart. in l. inter pupillos. ff. de auctor. præstan.*

Decimo, in inventario tutoris. *Bal. expressè in l. si tutor. C. in quibus causis in integrum restit. non est necessaria allegat. l. fin. C. de arbit. iute.*

Vndecimo, propter famem consanguineorum pupilli, potest tutor cum decreto alimenta eis ex bonis pupilli dare. *l. 1. §. sed nonnullos ff. de tutel. & ratio. distrabend.*

Duodecimo, idem in procuratore dando furioso. *l. de creationibus. C. de episc. audien.*

Decimotertio, super transactionibus alimentorum solet decretum siue auctoritas prætoris interponi. *l. cum hi. §. l. de alimentis ff. & C. de transact.*

Decimoquarto, olim in bonorum possessione decernenda, & vocabatur bonorum possessio decretali. *l. 1. §. decretalis ff. de success. edict. hodie tene quod traditur in l. si. C. qui admittit ad bono. possess. possunt.*

Decimoquinto, in venditione facta per subhastationem. *l. 1. C. de fide instr. lib. 10. & l. si quos. de rescind. vend.*

Decimosexto, interponitur decretum in remittenda parte debiti facta per maiorem partem dissentiente minore parte. *l. & suum heredem. §. ff. de pact.*

Decimosextimo, in contractu filii familias, cuius pater est furiosus, vel mente capus. *Bal. in l. si furiosus per illum uxorem C. de nupt.*

Decimooctauo, in dominij ad iudicatione scienda contra contumacem, & vocatur secundum decretum, de quo in *l. si finita. §. Iulianus. & §. si plures. & ibi multa dicunt doct. ff. de danno infect. Spe. in tit. de primo & secundo decreto. & Guido Papæ in tractu. de primo & secundo decreto.*

Decimonono, vbi iudicis officium imploratur. *l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. pro consul.*

Vltimo, in omni contractu debet interponi decretum iudicis, seu peti, vt contractus confirmetur. *re. xi. & ibi Bart. in l. si quos. C. de decur. lib. 10. Ant. de Burgos. in c. cum causa. col. 9. cum seq. de empt. Panth. Cald. in reper. l. 2. col. 26. C. de rescind. vend. Lucas de Penna. in l. si. C. de decro. decurio. lib. 10.*

Decretum ex quo interponatur.

Tamen aliquando is non interponit decretum, cuius autoritate bona licitantur: utpote si ex commissione cameræ computorum bona veniuntur, ipsi de oppositionibus cognoscunt, sed decretum interponitur ab illo iudice, qui iurisdictionem & imperium habet in loco: vbi bona sita sunt, ut vidi seruari in forensi iudicio.

Tertio, queritur quomodo annulletur decretum. Resp. primo quando ex falsa causa est interpositum, utpote allegatum est res alienam pupilli, quod non erat, & vendita est ob eam causam res, tunc decretum est nullum. *l. magis puto. §. si os alienum. ff. de reb. eorum. l. seia. de tutori. & curatori. datus ab his. l. iusta. §. ubi Benedict. plumb. de manu vmdic. & l. cum vero. §. subuentum. de fideico. liber. l. & si preses. C. de pre. d. minor. Iacob. in l. hoc edito. in l. est ff. quod quisq. iuris. Come. conf. 132. fundat. col. vlt. in 2. vol. & conf. 132. licet in presenti. col. 2. in 4. vol. & conf. 185. super duob. col. 3. ibidem. Alex. conf. 69. in causa. col. 1. in 3. vol. & conf. 147. viso themare. col. 1. in 7. vol. Ias. in l. si is ad quem. col. 4. ff. de acquir. hered.*

Decretum ex quibus causis annullatur.

Amplia, siue causa esset falsa ipso iure, siue per exceptionem, ideo decretum interpositum propter debitum quod potest excludi per exceptionem, non valet. *Ro. conf. 454. in re presenti. col. 2. Imo. in c. praterea. col. vlt. de dilatio.*

Secundo, etiam procedit, siue causa falsa sit expressa in decreto, siue non, dummodo ex actis constet. *gl. in l. 2. C. quando pro uoca non est necesse. Bar. & alij in l. seia. ff. de tutor. & curat. datus ab his. Alex. conf. 207. Domine Alex. circa finem in 7. vol. Cuna. conf. u4. Antonius Benedicto. col. 4.*

Tertio, extende etiam si causa sit pro parte falsa, quia tunc in totum vitatur decretum. *Bar. & alij in l. si non sortem. §. licentium ff. de condit. indebit. Bal. in marg. in verbo decretum q. 2. Rom. conf. 454. in re presenti. col. 2. Dec. conf. 493. quamvis in casu. col. 5. u. 20. Capituli in decis. Neap. q. 91. quia sententia indiuidua est vnus capituli. in hoc iudicio. ff. fami. hercis. & in diuiduis inutile vitiat vtile. l. 1. §. item quero. & §. item Trebanus. ff. de aqua quodid. & est l. Grece. §. illud. de fideiussor. Et sic ad iudicatio rei pro maiori debito, quam*

fit, non tenet in aliquo, quando fit a iudice. *l. 1. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. Bald. in l. certi conditio. §. quomam. col. 3. si eeri. petra. secus si a parte. d. §. si centum. Alex. in l. iuste. ff. de acq. poss. Bal. conf. 223. proponitur. col. 1. in 2. vol. & sic iudicatum. Neapol. vt refert Marb. de offic. in decisio. Neapolita. 218. petra. quod etiam non procedit quando res esset mihi adiudicata, tam ratione mei debiti, quam debiti fratris, cuius mandatum non habeo, quia tunc pro parte mea tenebit. *Bal. in l. ordo. col. fi. C. de execu. rei iud.**

Quarto, amplia vt per Paul. castren. *col. 201. visis. col. 1. vol. 1.*

Primo fallit quando ius & iustitia deficerent ex parte conuerti, seu ratione rei in quam facta est missio, utpote si vere sum creditor Titij, & missus sum in possessionem rei Caij, tanquam esset Titij, tunc facta sit missio ex primo decreto, poterit Caius comparere, & ostendere summam de iure suo, & reuocari facere missionem. *l. a diuo Pio. §. si super ff. de re iudica. Si vero compareat post secundum decretum non poterit summam petere reuocationem missionis, sed ordinari sic, offerendo libellum, & alia faciendo necessaria. d. l. a diuo Pio. §. si post addictum. & Bar. in l. si is ad quem ff. de acquir. hered.*

Item, si fuerit facta missio rei, in quaterius habet ius, quia intra annum summam discutietur, postea vero ordinari. *Bar. & alij in d. iuste. ff. de acquir. poss. §. Secus si deficeret ius ex parte agentis, vt si peto centum, quæ falso dico mihi esse debita, & quia non compares, sum missus in possessionem tuorum bonorum, tunc non valet decretum interpositum, quia deficit ius ex parte agentis, cum nihil mihi debeatur. l. 1. ff. ne vis fiat ei. §. hoc verb.*

Secundo, fallit quando inter consentientes esset interpositum. *l. sed si her. §. patrum ff. de in ius vocat. vbi si libertus tanquam ingenuus fuerit adoptatus, & decretum adoptionis interpositum, illud decretum tenet, secundum Bal. ibidem. & Iac. in l. cum hi. §. si pretor. in secunda lectura. ff. de transactio.*

Tertio, fallit quando motu proprio iudicis

decretum motu proprio interpositum ex falsa causa valet. dicitur esse interpositum, ut si motu proprio decernat quem ex falsa causa tutoris, valebit: secus si ad partis postulationem. nos. in l. v. de proponis. C. de confirmand. tutor. Bar. in l. tutor. col. i. ff. de tutor. & cura datus ab his. Et sic est differentia quando ad petitionem vel motu proprio, quia tunc non est nullum ipso iure, licet per sententiam forte possit annullari, sed quando ad postulationem est interpositum, est ipso iure nullum, quia dolo partis videtur concessum. Dixi supra in forma mandati apostolici, in gl. motu proprio. & hodie solent impetrari literae regiae ad annullandum illud decretum ex causis allegatis in literis.

Praxis annullandi decretum. Quarto, limita quando veritas vel falsitas causae ex iudicis declaratione pendebat, ut si iudex interdixit administrationem alicui tanquam prodigo, qui non est, valet tamen decretum, vel si decrevit eidem tutorem. l. in cui. & ibi Bar. & alij. ff. de verb. oblig. secus si dederit tutorem vel curatorem ei qui non est minor, quia cum aetatis declaratio fiat a natura, prodigalitati a iudice, non valebit prima, secus in secunda, quia sua declarationi stare debet. Bar. & alij. in l. Sicut per illum rex. ff. de tut. & curato. datus ab his. rex. in l. tutor si petitur. ibidem.

Quinto, modera quando decretum interponeretur ex causa erronea, ut si iudex ignorans interposuerit decretum super contractu, dolo, vel metu inito, tunc decretum non est nullum, sed poterit peti restitutio. l. 2. & ibi Bal. & Iaco. C. de fidei. minor. & oportet impetrare literas a rege, vel a cancellaria super istius contractus rescissione non obstante decreto, quod si decretum esset nullum, non indigeret rescissione. l. in causa. in secund. in princ. ff. de minor. Alex. in l. iuste. col. 7. ff. de acquiren. poses. nos etiam in utroque casu impetrare solemus literas regis in hoc regno, ut plenè scripsi in tract. de rescisso. contract. de intra quod tempus peti debeat. in constit. reg. in 2. tomo.

Ultimo, limita quando fuisset cognitum de veritate aut falsitate causae ante decreti interpositionem. glo. vlt. ibi Bal. in l. si putas. C. de pen. here. argu. l. si de edicto d. ni. Adria. tol. Bal. in l. 2. C. quando pro uo. non est necesse, etiam

si summarie fuerit cognitum, quia in decreto non requiritur plena causa cognitio. glo. in l. cum proponas. in verbo, constat. C. de bonis aucto. iudi. post. c. fi. §. vlti. in ver. summarim. ut lite non contest. doct. in d. iuste. & in d. si praeior: alias tradunt limitationes. ibi vide.

Secundo, annullatur decretum, si iudex interponendo illud, non sedeat. l. naturali. in si. de confirmand. tutor. Spec. in tit. de feris. §. sequitur. vers. fin. Lucas de Penna. in l. vlt. C. de decret. decurio. lib. 10. Corneli. conf. 98. Videatur prima. col. i. cum seq. vol. 1.

Tertio, annullatur quando fuit interpositum sine causae cognitione. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. l. si de curat. furio. & facit l. cum hi. §. si praeior. ff. de transact. Bar. in l. prolata. C. de sentent. & interlo. omnium iudi. & ibi declarat quando dicatur fieri sine causae cognitione, quia quando iudex sine causae cognitione procedit, censetur tanquam priuatus procedere, ideo ei non est obediendum. c. conuenerunt. de resti. spolia. Card. in cle. i. in si. de celebra. missa. Fel. in c. eccles. col. 7. & seq. de constit. & quia ius noluit iudici committere rem negligendam. Paul. in d. l. cum hi. §. si praeior.

Decretum interpositum sine causae cognitione, est nullum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hac paginam nostrae approbationis, innoationis, mandati, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae in publica sessione, in Lateranensi sacrosancta Basilica solenniter celebrata Anno incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo sextodecimo: quartodecimo Calendas Ianuarij, pontificatus nostri anno quarto. Sic signatum, Vifa.

Visa. Ie. Salut. Bemus. Ioannes de Madriga. Et dorso registrata apud me Bemom.

Ex quo inferitur singulariter non valere decretum interpositum super alienatione bonorum minoris, vel alio actu eidem necessario, quando fuit interpositum eo inomento temporis, quo fuit petitum, quia ex breuitate temporis praesumitur causae cognitionem non interuenisse. l. si finita. §. si p. ff. de dam. infec. c. 1. de reb. eccl. non alie. lib. 6. Arch. conf. 35. visa quadam, col. 1. & conf. 83. visis diligenter arg. rex. m. c. tum ex literis. de resti. in integ. Alex. conf. 217. visis verbis. col. vl. in 2. vol. & conf. 163. aliis consultus in fi. in 5. vol. Cuma. conf. 180. videtur. Barb. conf. 1. col. 35. in 1. volu. & conf. 40. praclare. col. 4. ibidem & conf. 6. illud in medium. col. 3. in 4. vol. & conf. 41. immortalē. col. 3. ibidem. las. in l. 2. col. 4. C. de edend. l. sed si hac. §. praetor. ff. de in ius vocan. l. sciendum. col. 3. de verbo. oblig. Hippoly. in l. statuliber. nu. 15. ff. de quaestio. & l. qui eadem. nu. 18. ad leg. Cornel. de sica. & conf. 48. non confundentur. num. 31. Dec. conf. 403. quamvis. col. 5. Nec missus in possessionem ex secundo decreto sine causae cognitione, facit fructus suos. In. in c. consultatio. nibus. de iure patrona. Bald. in l. 2. col. penult. C. de seruit. & aqua. Hippol. in sua practici. num. 35.

Fructus percepti in vim decreti an computentur in sortem.

Imo fructus percepti virtute inutilis decreti, debent in sortem computari. per l. 1. & vlt. C. de pigno. act. o. nota. in l. si dominum. de pigno. & ita expresse dicitur decisio. Neapol. 218. petita. in fi. Fallit quando esset talis causae cognitio, quae incontinenti posset adhiberi, quia tunc valeret decretum. Alexand. conf. 80. visis. col. 2. & seq. in 5. volu. sequitur Purpur. in rub. de offi. accessio. q. 4. nu. 134. Et hodie solent iudices condemnare ad fructuum restitutionem a tempore litis contestatae, non antea habita consideratione decreti, vt atibi scripsi.

Secundo, fallit quando iudex vel alius habuisset plenam cognitionem illius causae ante decretum, quia tunc cessat ratio, ergo & iuris decisi. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Hippol. in rub. ff. de fideius. q. 5. num. 86. dicens esse suam nouam inuentionem. non tamen crederetur iudici dicenti se habuisse causae

cognitionem. per no. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl. & proximo dico in seq. nisi de illa appareat.

Secundo, inferitur quod non valet decretum etiam si notarius arretraretur in instrumento causa cognitionem interuenisse. nec ei credatur, quia interuallum temporis requirebatur ad causae cognitionem, & inuestigatio diligens, quae non potuit fieri ita summam tempore instrumenti confecti, ideo notarius tanquam suspectus non potuit de ea testari, cum de hoc non esset rogatus. Paul. de castro, conf. 38. super eodem. vol. 2. Hippol. corrupte tamen in l. qui eadem. nu. 19. cum seq. ff. ad legem Cornel. de sica. referet. Idouener. Dec. conf. 556. viso. col. 2. Item nec tutori vel curatori dicenti obas alienum vendisse creditur. Specu. in tit. de emptio. §. nunc videndum. vt hoc quoq. Innoc. & alij in c. de rebus ecclesiae non alienan. lib. 6. Lucas de Poma in l. fin. C. de decre. decurio. li. 10. Bald. & Saly. in l. 1. C. si aduers. dona. Corneus, conf. 71. quod non valeat in prin. in 3. volu.

Tertio, inferitur, quod etiam si essent verba iudicis, adhuc non probaret instrumentum decreti causae cognitionem interuenisse. arg. nota. per Bar. in l. si forte ff. de castre. pecul. Paul. in d. conf. 38. super eod. vol. 2. Hippol. in sing. 399. multi sunt.

Quarto inferitur, quod debet fieri scriptura separata, de causae cognitione, & aliter decreto. Spec. in tit. de proc. §. 1. vers. quid si sit de consensu per libellum. Alex. conf. 123. alias, in fi. in 5. vol. Dec. conf. 351. in casu proposito. col. vlt. Ferrar. cauit. vlt. ibi multipliciter ampliat. vide si libet. & las. in l. nec quicquam §. vbi col. pen. ff. de off. proconsul. Paul. in l. cum hi §. praetor. ff. de iur. iud. vbi dicit sufficere si dicatur causa cognitum interpositum fuisse, licet alias speciatim non nominet, nec ad particularia descendat. Bal. in l. 1. C. de fide instr. & iur. hyste. h. ca. li. 10. Ale. conf. 80. viso rhemate. col. 1. & seq. in 5. vol. Bolog. conf. 33. vt ea quae insula. col. 2. Dec. conf. 341. viso pucto. col. 5. m. 12. Ferrar. de caute. vlt. Nec obstant nota in l. 1. C. de fide instr. li. 10. vbi omnia debent praesumi solenniter acta, quia delectantur debent intelligi, quando decretum non est perfunctorie interpositum. Bal. in l. quae cumque. de prescriptio. G. de bonis quae libertas. Vel procedit in illis, quae

quæ tempore actus potuerunt interuenire, Sed eausæ cognitio verifimiliter non potuit interuenire illo instanti, quo decretum fuit petitum, ergo, &c. *Cornæ. conf. 98. videtur. col. 2. in 1. volum. Decif. conf. 351. in casu. col. vltim. Aleiat. in tractatu præfumpcio. regula 3. tertie partis. præfumpcio. 10. fo. 373. cum seq. uen.*

Altit in criminalibus factus à minore cum curatore, an valet.

Quinto infertur, quod si minor in criminalibus facit aliquem actum cum curatore eo instanti quo datus est, non valebit tanquam sine causæ cognitione factus per supra adducta. Nam si in ciuilibus non valet actus sine causæ cognitione, à fortiori in criminalibus, vbi est maius periculum, & sic cautius agendum est. c. vbi. de elect. lib. 6. Hippol. in practi. criminali. §. nunc videndum. nu. 43. cum seq. & confil. 130. conditoris viso, nu. 46. cum seq.

Sexto infertur, quod si factum sit compromissum in aliquem, & is immediatè post compromissum pronunciet, non valet quod facit contra rusticos, qui statim pronunciant, secundum Ias. in l. iudices. col. 1. C. de iud. Fulgo. conf. 11. quidam Petrus. & Card. conf. 104. factum tale est. Bal. inc. 1. in si. de inuestitu. in ma. facta. & in l. prol. tum. col. vlt. C. de sent. Pan. in c. quim. in all. col. pen. de iureiu. Dec. in c. cum venerabilis. col. 5. in gl. 2. de excep. *Vnde adagio vulgari dici solet, De sol ruge briefe sentence, quod abhorrent iudices Francia. quæ lites immortales faciunt.

Fallit quando illa causa longo tempore ante compromissum esset ruminata corâ eo, qui postea est arbiter electus, & quando factum est ab honestis & prouidis viris. c. nisi de præh. Soci. conf. 121. in causa. col. 4. in 3. vol. Hippoly. in rub. de si derusso. q. 5. nu. 81.

Tempore feriato decretum non interponitur.

Quarto, annullatur decreti interpositio, quando fit tempore feriato in honorem Dei. not. in l. actus. & l. si. C. de fer. Anchar. confil. 106. secundum ordinem. col. vlt. Iacob. in l. diuus. ff. de fer.

Quinto, quando per errorem est interpositum. Bar. in l. pen. ff. de iusti. & Bolog. confil. 33. v. ea que iusta. col. 1. & seq. nil enim tam consensui est contrarium, quàm error, qui imperitiam detegit. l. si per errorem. ff. de iuris. d. 1. in iud.

Sexto, quando interuenit dolus partis. l. si præses. C. de prædij minor. Bar. in d. l. pen. col. 2. Bald. & Iacobi. in l. vna. col. 2. C. de fideius. minor. dolus nemini debet patrocinari. c. sedes. & c. ex tenore. de rescript.

Septimo, quando non interuenit citatio peremptoria, annullatur etiam primam decretum, si ante fuerit interpositum. l. præcienda. C. de his qui ad ecel. confugi. & l. 2. vbi in re actio. gl. & doct. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. Bar. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Cor. conf. 52. in hac consultatione. col. 1. in 4. vol. & conf. 132. licet in præfenti. col. 2. ibidem. & quando possit dici obreptitium, tradit Paul. Castren. conf. 382. dubitatio. in fi. vol. 1. scripsi in constitu. reg. tract. de præco. & sub. hasta. in 2. tomo.

Citatio in decreto facienda.

Quæro si res magni valoris sit distracta iusto pretio pro modica summa debita, an valeat alienatio? Breui resp. quod sic, arg. text. in l. fin. C. de iure domini imperand. vbi concedit alienare, quando non essent aliæ res. Ergo si aliæ res minoris valoris essent, non permetteretur. l. à diuo Pio. §. in venditio. ff. de re iud. & hanc opinionem sequitur Alexand. Aque. & alij in l. iuste ff. de acquir. possess.

Octauo, iudex ex suo officio potest annullare decretum interpositum, in quo fuit pars decepta, quia partes vnum fingebant, aliud faciebant. lo. And. in c. consultationibus. de offi. delega. Bal. in l. vna. col. 3. vers sequitur quartum membrum. C. de confessis. & in c. 1. col. 5. de milite vassal. sequitur Hippol. singulari. 320. sepe contingit. Sed in practica sine literis rebus non obtineretur in hac patria.

Pare interponendum est decretum.

Nono, purè interponendum est, ideo fuit dictum in senatu, quod redditus venditi sub decreto, in quo facultas reemendi dabatur, iterum licitarentur, vt purè darentur, si fieri posset, anno 1515. die verò 18. Maij, contra scribam Pictauien. vocatum Marat, & aliud decretum fuit annullatum factum, à la charge des discussions, fuitq; factum per præceptum præposito Parisien. ne hoc amplius in decreto scribat, anno 1533. die 26. Iunij, & eodem anno die 12. Decembr. fuit etiam aliud decretum annullatum factum cum onere expensarum, & exposito.

NNnnj

rum, quæ vocantur practici, fraiz & mises. an.
Arrestum. 1538. die 7. Januarij, vt dico in tract. de preco. in
ordi. reg.

Notandum est, quod decretum superioris interpositum præsumitur rite factum, gl. in l. n. c. de fide instr. & iure haste fisea. lib. 10. & quæ ibi addidi. & supra scripsi, & præsumitur factum pro vilitate ecclesie, Bald. inc. 1. col. 2. qui secundum dare possunt. Refert las. conf. 119. in præfemi. col. 2. vol. 1. & ista decreui scribenda in hac tam quotidiana materia & quotidie in palatijs agitata.

De regia acceptatione, & publicatione concordatorum.

Rex mandat parliamentis, vt omnia in his concordatis, & singula contenta teneant, custodiant, & conseruent, & in quibuscumq; causis secundum ea iudicent, ac ea inuolabiliter obseruari faciant, contradictores puniendo.

Vocirca a dilectis & fidelibus consiliariis nostris ad præfens tenentibus, & qui in futurum nostra tenebunt parlamēta, omnibusq; iustitiariis regni nostri, & Delphinatus, ac Comitatus nostrorum, cæterisq; officariis & subditis nostris, & eorum cuiuslibet (prout ad eum pertinuerit) mandamus, distinctius iniungentes, quatenus omnia præmissa & singula teneant, & custodiāt, & conseruent in sui roboris plenaria firmitate, & in causis quibuscumq; occasione præmissorum de cætero orituris & emerfuris, secundum deliberationes & conclusiones præscriptas iudicent, pronuncient, & sententient, atq; ab omnibus subditis & incolis nostrorum Regni, Delphinatus, ac Comitatus inuolabiliter faciant in om-

nibus & per omnia obseruari, prædictas personas ecclesiasticas & seculares, ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expressis, ab omni turbatione, violentia, impressione, molestatione, vexatione, damno, & impedimento, tueantur, protegant, pariter & defendant. Omnes & quascumq; personas, cuiusvis conditionis ac status fuerint, contra facientes aut venientes, taliter puniendo, quod in posterum cæteris cedat in exemplum. Quoniam sic fieri volumus & iubemus per præfentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum Parisius die 13. Maij, ann. domini 1517. & regni nostri 3. Sic signatum superaplicam, per Regem, Dominis ducibus Alenconij, Borbonij, & Vindocen. vobis Dominis Duual, de la Trimoille: de Boyli: Magno magistro Bastardo Sabaudia, de la Palice, & de Chastillon, Marefcalibus Francie, & alijs præsentibus. Robertet.

Lecta, publicata, & registrata, ex ordinatione, & de præcepto domini nostri regis, reiteratis vicibus facta, in præsentia domini de Trimoilla, primi chambellani dicti domini nostri regis, ad hoc per eum specialiter missi, Parisius in Parlamento xxij. die Martij, anno domini millesimo quingentesimo decimosextimo. Sic signatum, Pichon.

Quocir-